



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 55. Dux ad Supplicium ductus, ac capite plexus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Curia non nisi tres, scilicet Ducem, Joannem Gattum, & Thomam Palmerium capitali pœna plecti voluit: Igitur Vigorniensis Episcopus (*) Ducem accedere, ejusque animam ad extremam cum morte luctam disponere jubetur, apud quem etiam Dux suas noxas expiabat, palam professus, quod nunquam aliam, quam Romanæ Ecclesiæ fidem in animo suo coluisset. Postea Northantoniæ Comes interrogatus declarabat, quod nullum tumultus tempore publicum munus exercuerit, sed venationibus semper intentus hisce regni turbis minime sese ingesserit. Hoc audito Varvicensis Comes natu major Ducis Filius ingenti animi constantia extremi supplicii sententiam excepit, unice petens, ut omne æs suum alienum solveretur. Demum illis ad Turrim rediitis altera die Andreas Dulejus, Joannes Gattus Prætorianorum Præfectus, & Henricus ejus frater, necnon Joannes Palmerius ad mortem fuere damnati.

§. LV.

Dux ad supplicium ductus, ac capite plexus.

Sleid. l. 25.

Hos inter primus Northumbriæ Dux capitali sententia damnatus die viginti gestis

p. 929.

Thu. l. 6.

Burnet.

p. 365.

(*) Is erat Nicolaus Heath, qui postea

Belcar. l. 26.

Eboracensis Archiepiscopus fuit renunciatus. *v. 38.*

Sæcul. XVI
A. C. 1553.

gesima secunda Augusti ad supplicii locum educebatur, cum biduo antea sacro solemniter celebrato in carcere Divino epulo fuisset refectus. Referunt Scriptores, quod in ferali pegmate constitutus cunctos adstantes hortatus fuerit, ut priscam Majorum religionem amplecterentur, rejecta nuper invecata doctrina; cum hæc malorum omnium, quæ triginta abhinc annis passi essent, causa extitisset: inprimis vero novæ religionis concionatores, utpote seditionum buccinas, regno ejicerent, si innocentes se coram Deo, & salvam rempublicam vellent: Ego quidem, addebat Dux, non aliam, quam Majorum religionem semper in corde colui, ejusque rei testem appello Vigorniensem Episcopum summum amicum meum, sed ambitione obcæcatus, temporis cedens fidem meam occultavi: aliter me id poenitet & ex animo tædet: proinde sponte mortem, quam me commeruisse agnosco, libentissime subeo.

His dictis cum pia adstantium suffragia, precesque exoraret, statim carnifex venia prius ab eo petita, eidem caput amputavit. Ceterum quamvis insimulatus fuisset, quod Regi venenum propinasset, in mortis tamen sententia ejus rei nulla facta est mentio. Eadem poena postmodum Joannes Gattus, & Pal-

Palmerius sunt affecti, reliqui vero in Sæcul. XVI.
 carceribus asservati, & eorum aliqui A.C. 1553.
 extremo etiam supplicio mulctati, alii
 denique, atque inter eos Henricus Gat-
 tus & Andreas Dudlejus biduo post e
 custodia dimissi sunt.

§. LVI.

*Episcopi Catholici suis sedibus re-
 stituti.*

Sub idem tempus omnes Episcopi, qui Burnet
 regnante Eduardo suis sedibus spo- p. 376.
 liabantur, rursus per Deputatos, quos Acta publ.
 Regina ad examinandas exauctoratio- Tom. XV.
 nis causas nominaverat, suis Ecclesiis p. 334. &
 fuere restituti. Hos inter Bonnerus, Sanderus
 Gardinerus, Tonstallus, Heathus, & p. 306.
 Dayus quinque hæreticis Episcopis in
 eorum Sedes intrusis subrogabantur, ac
 Bonnero Londinensis, Gardinero Via-
 comiensis, Tonstallo Dunhelmensis,
 Heatho Vigorniensis, & Dajo Glocest-
 riensis Episcopatus cesserat, & quidem
 pro Bonnero diploma die vigesima se-
 cunda Augusti expediebatur. Major oc-
 currebat difficultas circa Tonstallum,
 eoquod Dunhelmensis ejus Episcopatus
 per Senatus Regii decretum fuisset sup-
 pressus, atque Ecclesiæ prædia Nortum-
 briæ Duci dono data: cum autem præ-
 fato Duce ad mortem damnato eadem
 hæc prædia Regio ærario fuissent attri-
 buta.